



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XXVII. Idem Episcopo a Parisiensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

tio 8. §. si vir , num. 29. ff. solus. matrim. Brecheus in dict. l. 17. §. i. num. 35. In Galliaque servari tradunt Pratejus de verbis juris , verbo Salina publica, Cujacius dict. lib. 3. obs. cap. 31. ex quo Bernardus Gomez tract. de sale , 2. part. cap. 37. Paulus Castr. lib. 1. consil. 63. in fine, Regnerus Sixtinus de regal. lib. 2. cap. 19. Cabedo 2. tom. decis. Lusit. 53. Solorzonus dict. lib. 6. cap. 3. pag. 945. & 2. tom. de jure Indiar. lib. 1. cap. unic. ex num. 19. & 34. Larrea cum multis alleg. fiscali 77. num. 7. merito docent, salinas ad patrimonium Principum pertinere, sive ut ipsi soli monopolium salis exercant, sive ut privatis vendere salam, vel officere permittant imposito tributo, quod secundum consuetudines receptas, vel municipales leges intelligendum est de facto potius, quam de jure natura; nempe quia in plerisque regionibus, & apud plerasque gentes ita obser- vatur, non quia natura salis ea sit, ut praece- cedat Principibus ubique efficiatur, vel inveniatur. Nec contrarium probat textus in cap. 1. qua fint regalia in usibus feudorum. ubi ad regalia pertinere dicitur salis nec Innocentius III. in praesenti, dum rescribit, salinarias ad Reges, & su- premos Principes pertinete, ubi Comites, Baro- nes, & ceteri vassalli speciale concessione non ostendunt: quia uterque textus intelligen- dus est suppositis consuetudinibus, qua in parti- bus vigent; & legibus, per quas salinariae redactae sunt in patrimonium Principum, etiam quae non nascuntur in fundis publicis, vel principali- bus, nulla enim naturalis ratio est, quae Princi- pis attribuat jure proprietatis ea, quae in pri- vato fundo nascuntur, vel quae per naturam com- munia sunt cucumque occupantur. Idem in no- stro Regno observarunt. Elegans primò extat con- stitutio Alphonsi Sapientis in l. 11. tit. 28. part. 3. ubi transcribens textum in dict. cap. 1. qua sunt regalia, lancit, vel docet Rex vestigalia ex salini- nis ad patrimonium regale spectare: ex quo ex- stimo, textum Friderici eodem modo accipien- dum esse, & de eodem vestigiali salinis imposito, quia non valde tempore distat constitutio Al- phonsi à Friderici constitutione: & Partitarum compositores Azonis discipuli non ignorarunt mores retro antea facti. Ergo non confat ex his duobus locis, monopolium salis inductum fuisse in Imperio, vel in nostro Regno, nec interdictum privatis fuisset talis commercium. Po- stea Alfonso XI. in comitiis Regni apud Com- pluum, quorum caput hodie extat in l. 8. tit. 1. lib. 6. Ordin. quae est lex 2. tit. 13. lib. 6. Compel. salinas omnes in publicum patrimonium rede- git; quæ lex adeo generaliter loquitur, ut intel-

ligi non possit de natis in locis publicis, sed de natis ubi vis, ut censem cum judicio Azevedus in l. 3. tit. 18. lib. 6. Recopil. ex num. 10. quidquid alio distinxerint Gregorius, & Didacus Perez in præcitatris textibus. Postmodum Philippus Pruden- dens in l. ult. tit. 8. lib. 9. compil. privatis commer- ciis salis interdixit, & monopolium instituit, ut ex textu ipso liquet. In Gallia non solum per Reges exactum fuit vestigial salis: Continuator Utriperigenis anno 1343. ibi: Hoc tempore Philip- pus Galliarum Rex intelligens lucri bonum odorem ex quavis re esse, tributum salis instituit, argum inventum quo nemo liber à tributo esset. hinc enim Regibus quotannis pecunia ingens penditur. Verum & per Comites, in quorum ditionibus salinae erant, ut de Raymundo Comite Tololano in praesenti refertur; & constat cum hijs vestigialis tenacissimum fuisse exactorem, ex privilegio emunitatis Castro Belicardi ab eo concessio anno 1217. in quo oppidanis omnia vestigalia remittuntur, dempto pedagio salis. Refert Alteferra de Dicibus cap. 3.

<sup>6.</sup> g) Imperatorum, vel Regum. ] Quorum proprium est tributa indicere, ut ultra congetus à Barbosa in praesenti, probant Suarez de legibus lib. 5. cap. 18. Alfaro de offic. fiscal. gloss. 20. §. 3. num. 48. Solorzonus embl. 82. ubi eruditè probat modum in tributis servandum, & caulas, ex quibus tributa indici valent. Et licet illi tantum olim salvum conductum concederent, Symmachus lib. 10 epist. 36. Caffiodorus lib. 4. var. 4. 41. & lib. 7. cap. 39. Duces tamen, ac Comites etiam, salvum conductum, quod nomine guidagie in praesenti ponitur, concedere solebant, ut de Comite Engo- lisensi refert Guillelmus Britto Philip. 6.

Nec salvum prestare viris, pendente querela Conductum juris ut posset ordo, valeret. Et Ildebertus Cenomanensis profecturus ad Con- cilium provinciale, conductum exposcit à quadam Comitissa apud Carnotensem epist. 26. Condu- ctum, sicut fertur, providisti ad Concilium proficu- ro; quod si ita est, prefata gratia beneficium mihi communices ex coro. Iuxta quem morem salvum con- ductum suis præstabant Comites Tolosani, ut ex præstanti textu probat Alteferra de Dicibus lib. 3. cap. 16 per totum: dum accipit verbum guidagie pro securitate viarum præstanda.

h) Personarum. ] De quatum immunitate egi in cap. clerici, de judic.

i) Pace servanda. ] Quo casu etiam inter super- mos Monarchs Ecclesia jurisdictionem exercere valeret. cap. novit. ubi probavi, de judic.

k) Viduis. ] Iuxta tradita in cap. ex. diligent, de foro compet.

## CAPUT XXVII.

Idem Episcopo <sup>a</sup> Parisiensi.

**N**ovimus expedire, ut verbum illud, quod in antiquis canonibus, & in nostro quoque decreto contra falsarios, edito continetur, ut videlicet clericus per ecclæsiasticum judicem degradatus sæculari tradatur <sup>c</sup>. Curiæ punicndus, apertius expo<sup>n</sup>amus: cum & quidam antecessorum nostrorum super hoc consulti diversa re- sponderint, & quorundam sit opinio à pluribus comprobata, ut clericus, qui propter hoc vel aliud <sup>d</sup> flagitium grave non solum damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tanquam exutus privilegio clericali, sæculari foro per consequentiam ap- plicetur, cum ab ecclæsiastico foro fuerit projectus: ejus enim est degradatio celebranda

celebranda præsente seculari potestate , ac prænumtiandum est ei , cùm fuerit celebra, ut in suum forum recipiat degradatum ; & sic intelligitur Curiæ tradi sacerdulari, pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere , ut citra mortis periculum circa eum sententia moderetur. Pro illo verò falsario clero scelerato , quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum , ut eum in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam includas , f pane doloris, & aqua angustiæ sustentandum, ut commissa defleat, & flenda ulterius non committat.

## NOTÆ.

1. <sup>a</sup> **P**arisensi. ] Ita etiam legitur in quarta collectione sub hoc tit. cap. final. De diœcesi Parisiensis regi in cap. final. de confit.
2. <sup>b</sup> **E**dito. ] In cap ad falsariorum , de crimine falsi: cuius ipse Innocentius meminit in epistola statim referenda.
3. <sup>c</sup> **T**raditur Curiæ. ] De qua traditione Curiæ seculari facienda egi in cap. cùm non ab homine, de iudiciis.
4. **F**lagitium. ] Ob quod degradandus est clericus, etiam si in corrigibils non sit, veluti ob crimen heres, seu assassinij, ut exponit Fachineus lib. 2. controver. cap. 29.
5. **I**ntercedere. ] Cujus p̄ij moris intercedendi pro eis brachio seculari tradendis rationem reuli in cap. ad audienciam de hereticis.
6. <sup>f</sup> **P**ane doloris, & aqua. ] Consonat idem Innocentius III. lib. 4. regestr. 16. epist. 10. ubi Lundensi Archiepiscopo A. S. L. ita scribit: [ Per tuas nobis literas intimasti, te quandam falsarium in vinculis detinere , qui Sedis Apostolicæ mentiens se Legatum, nomine, ac officio Episcopi usurpati, in multis Pontificale præsumpsit officium exercere. Super quo tibi rescribi desideras, nostra bene placitum voluntatis. Nos igitur solitudinem tuam in Domino commendantes, fraternalitatem per Apostolica scripta mandamus , quatenus quidquid factum est taliter ab eodem , denuncians habendum illud pro infecto , ipsum sicut charam habes gratiam divinam , & nostram , perpetuo carcere facias mancipari, pane doloris , & aqua angustiæ sustentandum. De aliis verò , qui sicut asserti, suspecti habentur de crimine falsitatis diligenter inquiras, & quos inveneris esse tales , punias appellatione remorâ secundum constitutionem à nobis editam ad falsariorum malitiam confutandam. ] Quamvis enim carcer ad custodiendos reos introductus sit, cap. quamvis , de panis lib. 6. probant plura de carceribus cumulantem Pantoxa in l. 1. num. 5. & in l. final. nn. 21. de aleator. Pancirola lib. 1. var. cap. 41. Amaya in l. 2. Cod. de exact. tribut. Pinto in spicileg. cap. 26. num. 1. Savarus ad Sidonium lib. 7. epist. 1. verbo carceres. Poletus lib. 5. hist. for. Rom. cap. 11. Lata de capel. lib. 1. cap. 22. num. 26. Petrus Greg. lib. 31. syntag. cap. 33. & lib. 4. partit. tit. 15. cap. 4. Zerda de visit. carcer. cap. 3. Bobadilla lib. 3. polit. cap. 15. Salgado de Regia protect. 2. part. cap. 4. num. 122. tamen Ecclesia consuevit aliquando homines sceleratos carceri in perpetuum, vel ad tempus mancipare , cap. excommunicamus. §. 1. de hereticis , Clement. 1. §. porrò. eod. tit. Concil. Matifcon. I can. 5. ubi de clericis prophanas vestes induentibus ita caverunt: A seniore ita coœrceatur, ut 30. dierū inclusione detenus, aqua tantum, & pane modico diebus singulis sustentetur. Aquisq. can. 134. Sit locus intra clausura canonorum, sicut in multis locis noscitur esse, quod ad tempus retrudantur. & secundum modum culpe castigantur. Probant Salcedo, in praxi , cap. 124. Landmeter. lib. 2. de veteri monac. cap. final. Gibelin. de clausur. regul. disquisit. 2. cap. 4. §. 7. eti jure civili attento liber homo ad perpetua vincula damnari non possit, l. mandati 35. ff. de pœnis : l. incredibile est, l. servus 10. Cod. eod. tit. 1. si quis filio 6. vers. de Decurione. ff. de iniectoriupto: ubi ratio assignatur, & probant Cujacius lib. 14. obs. cap. 34. Faber in Iurisprud. tit. II. princip. 5. illat. 5. Petrus Gregor. lib. 31. syntag. cap. 33. num. 24. Simanci de Catholicis tit. 16. num. 14. Valenzuela contra Venetos part. 3. num. 120. & carceres , quibus clerici includebantur, peculiari nomine Diaconiæ, vel Decanice appellabantur, l. 2. Cod. Insin. de haret. l. 30. Cod. Theodos. eod. tit. Novel. 79. cap. 5. in fine lib. 5. Capitular. cap. 225. legitur. In Decanicis Ecclesiæ recludantur. Notavit Filelac, in c. 1. de offic. ordin. §. 16 Cironius lib. 2. obs. cap. 51. & in rubric. de offic. ord. Iacob. Gothofr. in dict. l. 30. Nec tantum illi carceris squalore puniebantur, verum & jejuniis, ac vigiliis affligebantur, cap. de his 36. 50. dist. cap. final. 82. dist. ibi: Tantum autem diebus Dominicis, & precipuis festis modo vi no, & p̄iasticulis, atque leguminibus recreantur. Council. Tarragon. 2. can. 1. Si verò religiosus, vel monachus in celo monasterij inclusus pœnitentia lamentis incubat, qui singulari afflictione panis & aqua vi etiam ex Abbatis ordinatione percipiat. Matifcon. can. 5. Quod si post hanc definitionem clericus antem indecenti vase, aut cum armis inventus fuerit, à seniore ita coœrceatur, ut triginta dierum inclusione detenus, aqua tantum, & pane modico diebus singulis sustentetur. Hic appellatur panis doloris in præsenti, & in c. Gailisarius, 23. q. 4. & panis hic erat hordeaceus. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 11. ibi: Inssit nihil aliud in usu vescendi, nisi panem hordeaceum cum aqua munda assumi. Notavit Cironius in cap. 2. de Apostatis . in 5. compil. Panis sordidus dicitur in l. 5. Cod. Theodos. de annonis ci vil. pessimum in l. 1. Cod. Theodos. de can. frument. vilis à Iul. Polluce lib. 6. cap. 1. ibi: Panes , qui vi liores sunt furfuracei. His panibus sordidis opponuntur panes mundi, qui lauiores sunt, & puriores. Lampridius in Alex. Medius ab eo unus Pantatinus salarium accepit; ceteri qui usque ad sex fuerunt, qui annonas binas, aut ternas accipiebant, ita ut mundas singulas consequerentur, alias aliter. Quæ verba non nisi de annonâ panis accipi posse notavit Salmasius in obseruat. ad ius Atticum. De illis etiam panibus ait Theodoretus de Abraham: Et panes mundi selectaque offerebantur, & vinum odoriferum, & pisces, & olera, & quacunque his adjungi solent. Lampridius in Alex. annonam mundam dixit puram, & lautam. Observavit Cironius lib. 4. observ. cap. 4. Samuel Petitus lib. 3. observ. cap. 3.